

40

# SCEPTRA ACADEMICA,

ad VIRUM

SUMME REVERENDUM ac EXCELLENTISSIMUM

# DOMINUM HENRICUM LYSIUM,

S. S. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE IN PREGE-  
LANA ACADEMIA PROF. SECUND.

*SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS IN BORUSSIA  
a CONCIONIBUS AULICIS FACUNDISSIMUM,  
CONSIST. SAMB. CONSIL. & COLL. FRID. DIRECT.*

Primum delata,

EI

*pia mente gratulatur*

M. CHRISTOPHORUS Schoneich/  
Regiomonte-Borussus.

---

REGIOMONTI,

Typis STELTERIANIS,

Anno 1720.

G.



\* \* \* \* \*



Irtus, qvæ nobis pietatis nomine nota,  
A pravis omni tempore pressa fuit.  
Nec multis opus est, multos adducere testes,  
Fatis qvi possent hocce probare suis.  
Fortassis dubitas a me verissima dici?  
Annales veterum volve, revolve, scies.  
Sed qvamvis pietas hæc pressa sit, attamen illa  
Non potuit subigi, sic moderante DEO.  
Nam premit hanc eqvidem verum non opprimit hostis,  
Qvamlibet exoptent id male sana cohors.  
Expertus talem fortunam, TU qvoqve, qvi jam  
Nomen MAGNIFICI nobile jure geris.

Pol. 8, III. 720 | 88r

In-



Insens namque malis qvot **TU** sis pressus iniquis,  
Et qvibus opprobriis ob pietatis opus.  
Hæc, inquam, loquitur multis Borussia nostra  
Qilibet hic novit tristia fata **TUA**.  
Ast pressus multum, tamen haud oppressus ab hoste:  
Sed **TE** servavit pro bonitate **DEUS**.  
Atqve furor qvanto truculenti sævior hostis:  
Ampla magis tanto janua aperta fuit.  
**TE** qvoniam comitata fuit clementia Jovæ,  
Turba inimicorum conciliata **TIBI**.  
Qvid? qvod jam sumnum consendis culmen honoris,  
Atqve **TUOS** humeros purpura docta tegit.  
Non igitur possum, qvin jam mea gaudia tester,  
Qui, verum fateor, debeo multa **TIBI**.  
Gratulor, ac hilares edo de pectore plausus,  
Plausibus adjungens vota sacrata **DEO**.  
Clemens qvæso novas pergit **DEUS** addere vires:  
Addere cum pergit munera muneribus.  
Annos multiplicet, qui multiplicavit honores,  
Ut sint virtuti tempora longa **TUÆ**.  
Quique dolos nectunt **TIBI** turpes opprimat hostes,  
Ut bene procedant copta beata **TUA**.  
Coepitis adspiret Domini spirabilis aura,  
Qva sine per rectam non licet ire viam.

Sic

Sic erit ex multis felix Academia nostra,  
In qua cum fructu tempora longa doces.  
Sic erit & felix omnino Ecclesia nostra,  
Quam verbis, factis TE docuisse sciunt.  
Quod supereft vivas ex omni parte beatus,  
TE Omnipotens cuncta prosperitate beat!  
Et cum curriculum vitæ perfeceris hujus,  
**MAGNIFICUM** nomen Numen ad astra ferat.

